MONUMENTA
GERMANIAE

ut populorum sibi favorem conciliet denunci-
ans in pace degentibus se eorum laudabiles appro-
bare mores, iniuriam passis restitucionem, uni-
versis pacem Alpes transgressus Ytaliam adhiit.
Occurrerunt autem Thaurinum ingresso ex Lom-
bardia et Tuscia. Inde Astem properat et
cunctos pacificans vicarium instituit et
vicariam tradidit Regiis[a] potestatem. Cepe-
runt oppressi sperare remedia, qui concives pro-
pulerant, novitatibus deterreri. Quorum Philippus[b]
Papie comes, Symon de Colubiano Vercellarum
et Antonius de Fisiragalandi rectores pacibus vo-
tis status urbium salubres civibus mature co-
nati in reliquas obtinendas partes auxilia
Cesari promisere. Quibus rex cernuque populis
pacem policitus iussit equo animo esse et bene
sperare. Communiter[c] Alboini et Canis de Scalis
nuncii, ~~demum~~ inde[d] Pisani grandia obtulerunt.
Interea Gallis, Germanis Italisque ad Cesarem
confluentem[e] Guido de La Ture Mediolani pre-
positus milites inter districtus sui fines con-
tinuit et municionem ac urbis vigilem
curam egit, veritus ne[f] partium Mafei
de Vicecomitibus sibi contraria molirentur.
Uno mense hic[g] rex urbis concionem exper-
tat, inde Guido instabilem fieri regis ex

a) regis c. Regii?
b) phs c.
c) cõiter c.
d) deiñ c.
e) cõñ c. confluentibus
f) ire c.
g) hic c.